



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio mysteriorum misse et verus modus rite
celebrandi**

Guilelmus <de Gouda>

Dauentrie, 1504

Complende

urn:nbn:de:hbz:466:1-31233

. simus sustinuit morte, et sanguis suo preciosissimo pro te moriens in patibulo redemit te, et quotidianus te eodez sanguine potas et corpe nutrit. Quid amplius debuit facere et non fecit. Hac ultimam memoriam sui nobis reliquit quasi nesciis se a nobis separare. sed seipm inseparabilem sub specie panis et vieni quod pignus relinques; ut quoties insperteris amoris sui immensi recorderis. si illud pignus perfecte insperteris absque fletu et magno desiderio et suspicio offerre et accipe non potes. Domini accipias corpus domini in manu dicas. Panem celestem accipias et nomine domini invocabo. domine non sum dignus ut intres sub tecum meum etc. Hic accipite corpus domini cum magno tremore et deuotio. Ad calicem domini. Quid retribuam dominino pro omnibus que retribuit mihi. Lalicem salutaris accipiam et cetera. Sanguis domini nostri Iesu Christi. etc. Quod ore sumus plausum domine pura mente etc. Cantorum quinto. Comedit omnes et bibit et bibite et inebriamini charissimi. Comedit corpus meum et bibite sanguinem mecum et inebriamini in diuinitate mea. verbum caro factum est ut abus angelorum fieret cibus hominum.

¶ Communion

Omnimunio significat gaudium de communione corporis et sanguinis Iesu. Psalmista. In voce exultationis et profissionis sonus epulantis.

¶ Complende

Complende leguntur extensis manibus sum Innocentium. Et significat benedictionem quam rogat fieri a deo in splendis sive orationibus presbyter. Sicut Christus ascensurus in celum eleuatis manibus benedixit eos. Levitici nono. Lunc cremati essent adipes in altari extendens sacerdos legis antique manum ad populum benedixit eis. Sic etiam sacerdos euangelicus hostia oblata et concremata et deo patri missa benedicit populo. In festis tamen diaconus cantat Ita missa est. et representat illud canticum angelorum scilicet. Viri galilei quid statim aspicientes in celum. hic Iesus qui assumpitus est a yobis quemadmodum vidistis eum ascendenter in celum ita veniet. et cetera. Luce ultimo. Benedictio tamen sit a sacerdote super populum per signum crucis. Horus vero congratulando respoudit. Deo gratias. imitando apostolos qui adorantes eum regressi sunt Hierusalem cum gudio magno. Et in fine misse sacerdos ex intima deuotione leget hymnum trium puerorum. quia sacerdos instar puerorum iam existit ex sumptione sacramenti in camino ignis summe deuotio nis purgatus. Et ut alter Simeon postquam accepit puerum Iesum in vlnas cordis suis ex intimis spiritus cantat canticum Simeonis. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Ergo dicit Bonaventura in sermone de corpore Christi. Si post comi

munitionem non sentis aliquam specialem perfectionem. signum est in /
firmitatis tue spiritualis vel mortis. Ignem em posuisti in finum et
non sentis calorem. Mel in ore et non sentis dulcedinem. Si vero co
solatorem sentis aliquam non tibi sed divine tribue bonitati.

Hec de calciamēto dñi bñdicta sufficiāt.

Tractatus fr̄is Guilhelmi de Gouda or
dinis minor̄ de obseruātia. de expositōe mis
se ⁊ de modo celebrandi. sacerdotibus devo
te celebrare volentibus utilis et necessari⁹.
Finit feliciter. Impressus Dauentre Anno
dñi. M. CCCCXIIII.